



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum consensus coactus tollat matrimonium? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

Nec differt, vtrum hæc pertineant ad personã pro-

pram, vel vxoris, vel filiorum, vel aliorũ huiusmodi.
Ad tertium dicendum, quòd infamia quamvis sit
maius damnum, tamen ei de facili occurri potest:

Ad quartum dicendum, quòd constans non cogi-
tur ad mentiendum: quia tunc vult dare: sed tamen
postea vult petere restitutionem, vel saltem iudici
denunciare, si se promisit non petiturum restituti-
onem. Non potest autem promittere se non denun-
taturum: quia cum hoc sit contra bonum iustitiã, ad
hoc cogi non potest, vt scilicet contra iustitiã faciat.

ARTIC. III.

Virum consensus coactus tollat matrimonium?

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd con-
sensus coactus non tollat matrimonium. Quia
ad matrimonium requiritur consensus, ita ad
recipiendum Baptismum, recipit sacramentum.
Ergo coactus ad consentiendum aliquo timore, ma-
trimonio obligatur.

¶ 1. Præterea, Violentum mistum, secundum
Philosophum *, plus habet de voluntario, quàm de
voluntario. Sed non potest aliter consensus esse,
nisi per violentum mistum. Ergo non omnino
tollitur voluntarium, & ita adhuc est matrimonium.

¶ 2. Præterea, Ei qui consentit in matrimonium
coactus, consulendum videtur, quòd in matrimonio
aliter: quia speciem mali habet, promittere & non
petere, à quo Apostolus vult nos abstinere. Hoc
non esset, si consensus coactus omnino ma-
trimonium tolleretur. Ergo, &c.

¶ 3. D contra est, quod Decret. dicit *, Cum lo-
cus non habeat consensus, vbi metus vel coactio
intercedit, necesse est, vt vbi assensus cuiusque requi-
ritur, coactionis materia repellatur. Sed in matri-
monio requiritur communis consensus. Ergo, &c.

¶ Præ-

193

Cone Tri
dent. sess.
24. de re-
formatr.
c. 9.

lib. 3. esk.
c. 1. non
remote à
prin.

in decre-
tal. lib 4.
tit. 1. ca.
Cum locũ
non ha-
beat.

* *Aug.* ¶ Præterea, * Matrimonium significat coniungionem Christi ad Ecclesiam; quæ fit secundum libertatem amoris. Ergo non potest fieri per consensum coactum.

c. 23. to. 1 RESPONDEO dicendum, quod vinculum matrimonij est perpetuum: unde illud quod perpetuum repugnat, matrimonium tollit. Metus autem qui cadit in constantem virum, perpetuitatem contrahit tollit: quia potest peti restitutio in integrum: & talis coactio metus quæ cadit in constantem virum, tollit matrimonium, & non alia. Constantis autem vir iudicatur virtuosus, qui est mensura in omnibus operibus humanis, vt Philos. dicit in 3. Ethic. Quædam autem dicunt, quod si adsit consensus, quantum coactus, interius, est matrimonium quantum ad Deum, sed non quantum ad statum Ecclesiæ, quæ præsumit ibi non fuisse consensum interiore, propter metum. Sed hoc nihil est: quia Ecclesia non debet præsumere de aliquo peccatum, quousque probetur. Peccatum autem, si dixit se consentire, & non consensit: Ecclesia præsumit eum consensisse, sed iudicat consensum illum extortum non esse sufficientem ad faciendum matrimonium.

Ad primum ergo dicendum, quod intentio est causa efficiens sacramenti in Baptismo; sed voluntas eliciens actionem agentis: sed consensus est causa efficiens in matrimonio *; & ideo non est firmum.

q. 45. ad 1. Ad secundum dicendum, quod ad matrimonium non sufficit quodcumque voluntarium; sed voluntarium completè, quia debet esse perpetuum: & non per violentum mixtum impeditur.

Ad tertium dicendum, quod non semper induci ad hoc, quod in matrimonio illo steterit, sed solum quando non timetur periculum de dissolutione: aliàs autem non peccat: quia non solvere propter quæ nolens facit, non est species mali.